



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXII. Si quis contra voluntatem Regis egerit, securitas eis quibus eum  
persequi iusserit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

FORMVLARVM LIB. I. 65  
per instrumenta chartarum , tem-  
pore præsenti cum rationis ordine  
dominare videtur , per hanc aucto-  
ritatem firmatum cum Dei & no-  
stra gratia, in integritate hoc valeat  
possidere , & suis posteris auctore  
Domino derelinquere. Et vt hæc  
auctoritas,&c.

XXXII. *SI ALIQUIS C O N-*  
*tra Regis voluntatem egerit, securitas*  
*cui eum persequi iussit,*

**Q**ui Regiæ obtemperant ius-  
sioni, experiri malum in po-  
sterum à quolibet non debent. Igi-  
tur cum & ille cum reliquis paribus  
suis, qui eum secuti fuerint, facien-  
tem reuello illum interfecit , aut  
quaslibet alias causas cōtra Regem  
commisit, vel dę regno nostro se  
transtulit, quod nobis satis fuit mó-  
lestum ; & vna cum consilio fide-  
lium nostrorum, omnes res eius sub

E

66 MARCVLF MONACHI  
fisci titulum inlustribus viris illis  
præcipimus reuocare, quia si se non  
distulisset, non solum res perdere,  
sed pro tali reuello in vita ordina-  
ueramus insequi. Propterea præ-  
sentem præceptionem dedimus, ut  
dum prædicti viri illi, vel reliqui pa-  
res, aut gasindi, non ex sua præsum-  
ptione, nisi per nostram ordinatio-  
nem, vñà cum consilio seniorum fi-  
delium nostrorum, ipsas res sub fi-  
sco nostro positas habuerint, & no-  
stris ditionibus vbi iussimus, vel re-  
liquorum qui cum eodem mixti  
fuerunt, nec heredes eorum exinde  
quamlibet calumniā, aut repetitio-  
nem ullam habere penitus non de-  
beant, sed tam ipsi illi, quam pares,  
gasindi, vel amici, quicquid de  
rebus prædicti illius erat, & abla-  
tum fuit, dum per eius culpas, & no-  
stra ordinatione factum est, omni  
tempore exinde deducti, & absolu-

FORMULARVM LIB. I. 67  
ti permaneant: & vt diximus calum-  
niā aut repetitionem , vel damnie-  
tatem, quando quidem , exindē su-  
prascripti viri, vel fideles nostri, non  
pertimescant habere. Et vt hæc præ-  
ceptio, &c.

XXXIII. P R A E C E P T U M  
*quorum ab hostibus , vel alio modo*  
*fuerint instrumenta incensa.*

**A** Regali necesse est releuentur clementia, qui damnitatem ab hostibus, vel passi sunt violen- tiam. Igitur fidelis Deo propitio noster ille, clementiæ regni nostri suggestit, eò quod ante hos annos, aut anno superiori, exercitus noster, aut illius Regis, domus suas incen- dio cremassent, vel res suæ quam- plures vna cum instrumentis char- tarum, tam per quod Regio mune- re perceperat, quam & quod per venditionis, donationis, cessionis,

E ij